R. GOSCINNY **ASTERIX** A. UDERZO

Asterix in Hispania

composuit: **RENE GOSCINNY**

in Latinum convertit:
RUBRICASTELLANUS

pinxit: **ALBERT UDERZO**



STUTGARDIAE


RAX!
delirant isti Romani !


2 paulo minus valeo, Panoramix!...
3 nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

GOSCINNY ET UDERZO
IN MEDIUM PROFERUNT
MAGNUM ASTERIGIS TOMUM XVII

ASTERIX IN HISPANIA

composuit: **RENE GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**


STUTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE

Nachdruck 2000
EGMONT EHAPA VERLAG, D-70146 Stuttgart
EGMONT AG, CH-8308 Illnau
EGMONT VERLAG Ges.m.b.H., A-1120 Wien

Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Chefredaktion und verantwortlich für diese Ausgabe: Michael F. Walz
Chefredaktion Trendthemen: Georg F.W. Tempel
Satz: Fotosatz Egmont Ehapa
Gestaltung: Wolfgang Berger
Buchherstellung: Andreas Jakob
Originaltitel: »Astérix en Hispanie«
© 1969 GOSCINNY-UDERZO
Copyright der ersten Veröffentlichung in lateinischer Sprache:
© 1987 EHAPA VERLAG GMBH
Copyright dieser Ausgabe:
© 2000 EGMONT FOUNDATION/
EGMONT EHAPA VERLAG GMBH/EGMONT AG/EGMONT VERLAG Ges.m.b.H.
Druck und Verarbeitung: Proost, Turnhout
ISBN 3-7704-0067-4

Gedruckt auf chlorfreiem Papier

Wer mehr über Asterix und Obelix erfahren möchte –
hier werden alle Gallierfreunde fündig:
http://www.asterix.de



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum, Parvibonumque...

QUIDAM GALLORUM...





ASTERIX heros noster est. qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculso mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant.

PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...





CANTORIX bardus est. ludicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...

MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissi mus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihi timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit.“


sub luce XVI. Kal. Apr. anni a.C.n. XLV. viculus quidam Gallicus nobis bene notus pace fruitur. haec pax brevi rebus, quae haud procul abhinc in Hispania ulteriore eveniunt, perturbabitur...
pisces recentes! recentes pisces!
iucundi saporis sunt, iucundi quidem, iucundissimi!
PISCES CRUSTATA DEODORIX
pisces emere libet. variatio delectat!
duo tantum apros hodie comedi. reveran' variationem dixisti?
Caesar hoc anno, cum Pompeianos ad Thapsum devicisset, consumpto pugnaque ad Mundam* feliciter facta Hispaniam omnem in potestatem Romanam redegit...
laudo vos, legionarii!
*Montilla
Caesar, priusquam Romam revertitur, ubi triumphum aget, legioni suae victrici maximos honores tribuit...
hic gestus venustus nonnullos Iberos, qui spectaculo intersunt, obstupefacit...
papae, puer! quidnam ille facit?
aurem ei praebere videtur, quod fortem se praebuit.
Iberi enim, homines summa audacia atque nobilitate, semper milites fortes admirantur.
Ole!



heu! laurea mea vetula compressa est. me aliquo tempore in ea imprudenter obdormivisse suspicor.
ave, Caesar!
ave, ave! care legate! iterum veni, vidi, vici, per Iovem?
nondum dicendum est „vici", nondum prorsus vicisti.
est viculus quidam prope Mundam situs, cuius incolae adhuc imperio Romano teneri recusant...
...neque invasoribus resistere desistunt. hoc mihi notum est, quod alio loco mihi accidit.
egomet ipse manum huic rei admovebo. mihi pace in provinciis opus est. fac me eo ducas, legate!
paulo post...
incolae huius regionis controversias nostras haud multum curare videntur.
exspectabant, dum intellegerent, utra pars vicisset, ut, cui resistendum esset, scirent.
state, Romani!



ne longius processeritis!
attat? quisnam est iste parvus meus hostis terribilis?
pater meus est Paella y Sangria, princeps vici illo inferiore loco siti.
apprendite eum!
CAP!
EIII!
VAEEE!
PUT!
heu!
ecce fundam! manibus eius tandem eripite hanc fundam!
ita est! eripite!
eiii! aurem meam contudit!
revera ei animus principis est.
ecce vicum, o Caesar!
ave!
ole!
Caesar cum principe huius vici colloqui cupit!
loquere! Paella y Sangria te audit!


num tu nobis resistere vis?
volo! dum nos praesto sumus, vos ne punctum quidem temporis in otio vivetis!
ole!
hac re te abstinebis, cum filium tuum obsidem teneamus. si tu tuique quiescetis, nihil adversi ei accidet. sin autem non...
EIII!
si in manus meas incides, Romane, oleo olivarum te torrebo!
filius tuus, cum tibi reddetur, humanitatem Romanam coluerit...
tu autem cole modestiam, nisi puerum litteris Romanis bene excultum amittere vis. ave!
eii, quae et quanta est haec calamitas, princeps!
verum dicis. hoc unum mihi solacium erit, quod puer meus dies noctesque eis molestus erit.
postea...
quid autem hoc obside faciamus, o Caesar? periculosum est puerum hoc loco observari.
ita! procul ex Hispania abducendus est. sunt quidem nonnulla castra Gallica, quae negotiis vacant... e.g. Basilicum.
Babaorum dicere voluisti, o Caesar.
recte! agitedum! auferte eum hac ipsa hora in Galliam optimeque tractate. capita custodum caput eius praestant.


Idefix atque ego apros venabimur. venisne nobiscum, Asterix?
iam venio, Obelix!
SNIFF SNIFF
Romani satis quieti sunt!
eos tot plagas accepisse opinor, ut satis habeant.
verum dicis. Romani huius regionis confecti sunt. tune credis Caesarem nobis recentes missurum, si hoc litteris eum petiverimus?
interea haud procul...
abnuo, nego, respuo! totum iter nobis miris tuis ineptiis molestum reddidisti! nos mordebas, enervabas, conficiebas...
...et tu nunc cum Babaorum castra paene pervenimus, iter sistere vis ludendi causa! repugno!
ne oblitus sis, o Claudi Nonplusultra: tuum praestat caput meum, si quid mali mihi accidat.
quid nunc?
nunc respirare desinam, dum aliquid mali mihi accidat.
heu! respira!
abstine! quaecumque vis, faciemus!
phuu! respiro!



bene! quid ergo ludere vis?
vos latrones eritis, qui me comprendere volunt, ego autem homo nobilis, qui e manibus vestris evadere conatur.
semper nobis partes tribuis hominum scelestorum!
vobis ad numerum centesimum numerandum erit, priusquam me quaeretis. hoc nisi feceritis, irritum erit.
I, II, III, IV...
quid nunc ei in animo est? peropportune nobis accidit, quod commilitones Babaori brevi eum curabunt.
tune reminisceris eum media in Arvernia ostreas concupivisse?
...nosque Lugduni more bestiarum quadrupedes repere iussisse nobisque repentibus exploratores incidisse?
quaesitum eamus! videamus, ne nos aufugiat!
6A
at non amplius quam ad numerum LXVII perveni.
fac venias, trunce!
at hoc non pactum est!
VAMM!
!?
hic aper non est!
ne aprunculus quidem!
6B


mittite me! homines scelesti me petunt!
reveran' scelesti?
ne timueris! haec res nobis curae erit.
eccum!
VAP!
ecce Gallos!
ecce Romanos!
recentissimos!
cette puerum!
arcessitum venite!
SIGNA INFER...
TUX!
TAX!
VAP!
CLANG!
GRRRR!
ole!
revera puerulum inermem petunt! ad mores maiorum redu-cendi sunt!




te in vicum nostrum ducemus.
quid est tibi nomen?
Paella y Sangria! Hispania mihi patria est!
VAEE!
momordit me!
filius principis sum, quod, ut papa dicebat, omnibus respiciendum est!
CRRRR!
te igitur, fili principis, ad principem vici nostri adducemus!
crrr!... respiciendum est... ha!
paulo post...
curnam Romani te petunt, puer?
nasus vere immanis tibi est!
crcmnphph!
Obelix!
mph! auferte eum. meridiatus cum eo colloqui pergam.
interea in praetorio Corferrati centurionis, qui castris Babaoro praeest...
ad miserias natus es, Nonplusultra. Caesar de obside a Gallis rapto certior factus te ad bestias mittet!
reveran' sentis? Caesar certior factus te mihi non adfuisse, ut obsidem recuperemus, nos ambo bestiis obiciet.
foedissimus es!
tanto melius est! hoc enim mihi unam atque solam spem dat ad bestias.


me colloqui sine... nondum cognovisti hos Gallos!
ut Galli sint, ut non sint, obses nobis recuperandus est!
nolite urgere vos extremi!
nolite festinare vos priores!
cavendum est! quodlibet verbum incaute dictum calamitatem inferet!
ave! suppliciter rogamus, ut princeps tuus nos audiat.
nunc tempus est meridiationis. totus mundus quieti se dat.
res maximi momenti est!
visum eo...
paulo post...
valde doleo, princeps, quod te quiescentem turbo, sed puerum recuperare volumus, qui...
CHAPP
Plane nego! agitedum, pueri, dormitum eamus ceteros non excitantes.
!?!
SIGNA INFERTE!
per Teutatem!
per Belenum!
hos mihi permittite!
!!!
quosnam ?
VAP!
VADAM!
tene tu te!


non diu pugnatum est. legionarii summa cum prudentia se receperunt in stationes prius praeparatas...
sed nonnullis tempus reliquum non erat, ut receptui interessent.
quidnam factum est?
erat unum verbum incaute dictum.
interea...
Romanis hic puer maximae curae est... causa huius rei cognoscenda est.
et tu, princeps, scire vis, cur pugnemus necne?
age, mi puer, narra nobis, quae causa te ex Hispania in Galliam detulerit.
10A
papa meus fortissimus papa totius orbis terrarum est et I. Caesar, ille homo imbecillus, papam meum timet et, ut papae meo timorem iniceret, I. Caesar, ille homo imbecillus, me in Galliam abstrahi iussit, sed hoc papam meum non impediet, ne I. Caesari, illi homini imbecillo, alapas det!
Olé!
obses! obses est! a Romanis tegendus est! videndum est, ne vicum relinquat!
eum tibi commendo, Obelix. ne oblitus sis hunc puerum sacrum esse!
mihin'? at...?
quid tibi praenomen est, fili principis?
Pericles. maiores nostri Graeci sunt. sed domi Pepe vocor.
10B


tamen omnia bene evenient.
beati pauperes spiritu, mirum dicit.
utrum nos an Galli obsidem observent, nil interest. unum hoc videndumst, ne puer ab hoc loco auferatur.
hoc verum est! circa omnem vicum speculatores consisti iubebo.
bene iubes!
maximo gaudio afficior, quod illud parvum monstrum nunc Gallos enervabit. quod perbrevi cognoscent!
revera...
abhorreo ab hoc asso! taedet me aprinae!
tene taedet aprinae?
sit, ut dicis, tamen nil aliud apponitur!
quae si ita habent, spiritum retinebo, dum alius cibus apponatur!
?
utrum porcellum praefers? an porcam? an pernam? an farcimen? an laridum? an piscem?
piscem praefero!
fac piscem emas, Obelix!
aper meus refrigescet...
age, age, iam emptum eam!


raro tu piscem emptum venis!
nunc autem veni! pisce mihi opus est! et quidem celerrime! aper enim meus refri-gescit!
PISCES CRUSTATA DEODORIX
istum delegi.
constat tribus sestertiis.
sed mihi pecunia non est.
nullus piscis sine pecunia!
VAP!
?
bene! bene! da mihi cippum invicem. cippus omni occasione usui est.
heus, Obelix! pisce nobis noniam opus est. Pepe, cum gustavisset, aprum libenter sumpsit.
et tuum comedit.
EIII!
isto pisce me verberare voluit.
iste me momordit.




ne oblitus sis, Obelix, hunc puerum hospitem tuum atque sacrum esse. itaque animum tuum comprime!
ludere volo!
Idefix tecum ludet.
paulo post...
reveran' quaeris, num piscem recipiam? nonne deliras? pisces mutui non dantur.
TOC! TOC! TOC!
?
BAU BAU BAU!
CLANG! CLONG!
exspecta me, Idefix!
13 A
brevi alapam accipies, per Teutatem!
ne oblitus sis me hospitem tuum atque sacrum esse! itaque comprime animum tuum!
heus, Obelix!
?
piscis tui oblitus es!
!
VUPP!
vide, quid pisci tuo accidat!
utere pisce tuo, quomodo vis. a te emptus est!
13 B


cuius piscis est, qui caput meum percussit?
?
istius est! piscem mutuum mihi dedit.
sed...
VLAPP!
TAX!
TAX!
TAX!
non tetigisti! non tetigisti!
non tet...
hoc te docebit, quid fiet, cum piscibus capita hominum petis.
VLAPP!
?
VAMM!
cur alienis rebus te immisces?
heus, pueri! res ad manus venit!
TAX!
nos immisceamus! discedentes a more assueto inter nos rixemur!
ole!
bau!



veni celerrime, Maiestix, princeps noster! rixa commissa est inter nos!
QUIID?
porro, pueri! et quidem celerrime!
state! exspectate me! quoties vos incurvari iubebam, cum domum relinquimus!
15 A
abstinete, per Belenum! pudeat vos tale spectaculum indecorum praebere tutelae nostrae!
redite domum, vos omnes cum pace et dignitate!
heus, tu! piscis tui oblitus es!
satis nunc est piscium!
?!
quis hoc fecit?
15 B




Pepe noster causa est multorum laborum. sed post illam rixam Idefige familiariter utitur.
Pepe malum exemplum Idefigi praebet, qui prima sua aetate deformari potest. nonnumquam vocibus summissis collocuti meque aspicientes risum tenere non possunt.
adhuc Idefige tam familiariter usus sum... nunc autem...
mane paulisper! mihi consilium quoddam est...
nonne Pepe puerum ad te recipere vis, o Cantorix, barde noster?
maximo cum gaudio, si ille vult!
paulo post...
me tibi pulcherrimos cantus somnum facientes cantaturum polliceor.
!
revera...
PUPULUS SUM, POPULARIS GALLI FILIUS!...
DOING! CLONG!
?!
16A
ole! hoc mihi patriae memoriam affert, imprimis caprarum. perge, vir, perge!
CLAC! CLAC!
...O APROS TAM SUAVISSIMI SAPORIS!
EIA! MULTOS TIBI APPORTABO APROOS...
hoc tolerandum noniam est. apporta mihi piscem, Spumigena, et quidem immanem!
illumne, quo princeps te afflixit?
audi, Asterix! summum nostrum officium puto hunc puerum suis redditum iri.
summum quidem! reddendus est!
16B



mane postridie...
ubinam vicus tuus situs est, Pepe?
nescio quidem. sed vicum meum pulcherrimum totius orbis terrarum et domum meam pulcherrimam totius vici et tibi adhuc nasum immanem esse pro certo scio.
parum diligenter hoc explanas.
si minor est, quam ut nobis explanare possit, ubi habitet, quomodo eum domum reducamus?
Romani, ubi habitet, certe sciunt. ergo interrogandi sunt.
bene suades. longius vagari opus non est. exploratores Romani circa totum vicum dispositi sunt.
paulo post...
arbores multa fronde vestitae nobis quaerendae sunt, e quibus plurimos decutemus.
experiamur hanc!
o quam crassus hic est!
VAMM!
ubi vicus obsidis situs est?
prope Hispalem* quod oppidum ad meridiem spectant.
*hodie: Sevilla
heus, Asterix!
ex hac arbore plures decussi, sed parum bonos. aliamne arborem experiamur?
abstine, Obelix! habeo, quae scire volui.
VAP!



ped!
CIC!
CRACC!
VAMM!
perfacile cadis!
caducus sum experimento, quod nuperrime expertus sum. casus me docuit.
Galli in animo habere videntur, ut obsidem domum reducant.
quod fieri potest, si quis imprudenter domicilium obsidis enarraverit.
fortasse nos hanc rem principem nostrum celaturos praestat.
praestat quidem. explorare pergamus!
18A
non alios fructus nostri laboris capturos spero.
dum Babaori omnes contenti sunt...
brevi in castra Hispaniensia revertar; me hic manere noniam opus est. Galli, cum se observatos credant, nihil facere audebunt.
ne dubitaveris, quin meis confidas. turbulentis iam tempestatibus defuncti sunt.
...Caesar triumphum magnificum agit. etiam princeps quidam barbarorum capite rufo, cui clarissimo spectaculo interesse licet, motus animi coercere non potest.
coloſſeum!
CLAP! CLAP! CLAP!
Caesar acclamatione populi vehementer commotus gestu clementiae utitur in principem barbarum, qui in servitutem abducitur.
quidnam Caesar facit?
manumittit illum rufum.
18B



dubium non est, quin vos ambo Pepe puerum domum reducatis. sed videte, ne quid mali ei accidat.
finis Hispaniae per Oceanum petendus est. nobis iter terrestre facientibus Romani difficultates afferent.
unde autem navem accipiemus?
Deodorigi cymba piscatoria est, qua nos vehere possit.
ex die quodam eum animo satis aegrum esse credo.
nihil ad rem! interrogandus est. cymba piscatoria maxime idonea est, cum conspicua non sit.
CRUSTATA
DEODORIX
DEODORIX
plane erras! piscem mutuari nolumus.
immo cymbam tuam mutuari volumus.
nullo modo pisces mutuos dabo!!!
recte iudicas! in posterum cymbas mutuas dare quam pisces praestat!
verum dicit! homines omni diligentia neglecta pisces in miserrimo statu reddunt!...
?
animum attende! diligentissime tibi, quae velimus, explanabo.
postea...
pactum est! sed pro cymba cippi solvendi sunt. nuper agrum aliquem hereditate accepi, ad quem formandum mihi aliqua re opus est.*
*hic ager in Britannia minore ad viculum Carnacum situs est; verba Deodorigis nunc tandem illud arcanum monumentum historiae explanant, de quo multa stultissime dicta sunt.


praepara res ad iter necessarias, Pepe! te domum reducemus.
etiamne Idefix nobiscum veniet?
non veniet! nimis parvus est, ut tantum iter faciat.
ah! tandem mens sana in tuo cr... corpore est, Obelix!
sane quidem! ambo me aspicientes risum tenere non possunt.
paulo post...
accipe laguncculam tuam potione magica plenam, Asterix!
gratias ago, o Panoramix, druida noster!
mihi non offertur, cum cncncn...
patrem tuum salvere iubeo, Pepe. prospere feliciterque cum Romanis pugnet!
tibi revera nasus immanis est, vir probe!
nunc, ut opinor, tempus est minutum cant...
PHLAP!
shmac! te mutuatum esse me non paenitet!
velim vobis ventus secundus flet atque prospere omnia eveniant, pueri.
sst, puer!
bau!



en aspice, Asterix! Idefigem secum ducit! reverti necesse est!
nullo modo revertemur, Obelix! vento secundo vehimur, qui perdendus non est.
en aspice! iterum risum non tenent!
PRRST
post punctum temporis...
quid tibi est, quod edamus, Deodorix?
pisces, Obelix, quos captabimus, prout fames postulat.
ex quodam tempore de nulla alia re sermo est nisi de piscibus.
equidem aprum concupisco!
tu quidem edes, quae apponuntur!
ecce navem!
quid si illos de victu interrogemus?
ne tam pertinaciter te gesseris, Obelix!
nisi interrogabimus, respirare desinam, probe vir!
!?!
esto! interrogemus... res ita est, ut dicitis. alimenta nobiscum ducere debuimus. cursum dirige ad hanc navem, Deodorix!
cymbam tantum piscato'iam aspicio, unde nihil 'api potest nisi pisces!
nonne navem aspicis, quam capere possimus?
ah! nullum operae pretium est; satis nobis alimentorum est. navis nostra ad constratum plena est apris sale induratis.
cymbam cu'su flexo 'ecta via ad nos di'igunt!!!


quiid? rectan' via ad nos?
vos interrogare velimus, num liceat...
eccos! piratae sunt!
GALLI SUNT!
GLUT! GLUT! GLUT! GLUT! GLUT! GLUT!
age, Obelix, nihil nisi alimenta petimus. nulla res delenda est!
me abstinebo. scio, quid deceat.
condiciones emendi in foro nostro paene eaedem sunt.
haec ratio emendi in futurum succedet. sibi quisque eligit, quaecumque emere vult. hoc modo cum mercatoribus de pretio agere non opus erit.
paulo post...
quicumque queritur, piscibus pro esca usui erit!
p'o lumb'ico!



iter longum commode succedit...
...dum aliquando...
post istas arenas viam esse suspicor, qua usi facile in Hispaniam pervenietis.
gratias tibi agimus, Deodorix! ut feliciter domum reverta-ris!
bene ambulate!
oh!
heus, tu! fac ordinem serves! isti aurigae omnia sibi permissa credunt.
quidnam hic facitis?
quid ad vos, per Teutatem? vos nave huc venisse opinor, necne? nos Hispaniam petimus.
cur autem?
ut otio fruamur! sestertius hoc tempore magnum pretium habet in Hispania semperque sole uti potes... victus quidem pluris stat quam ulti-mo anno. Hispani magis magisque pro-ficiunt...
...in aestivis negotiis impudenter gerendis.
TOC! TOC! TOC!



*hodie: Bordeaux



ecce homo!
unusquisque quinque sestertiis constat.
pactumst! statim proficiscamur.
hac condicione pretium duplex solvendum est, quod interdiu valet. iter diurnum periculosius est legionariis vagantibus.
paulo post...
favete linguis!
milites vagantur! numero quinque!
abdite vos! celerrime!
CRRR!
IDEFIX!
ecce caniculam!
mittite eum!
vae vobis, si eum attin-gitis!
ignoscas quaeso. breve revertar!


vae! eiii! auxilium!
VAMM!
BOMM!
iam fero!
tu quidem male educatus es!
cur male educatus est, qui Romanos mordeat?
nonne vides mores tuos eum corrupisse? nonne vides?
desinite tandem verbis contendere. relinquamus hunc locum!
nisi properamus, Hispane, Romani nobis difficultates afferent!
exspectate! me quidem exspectate!
postea, in summo monte...
nonne vides? exspectamus te!
bene... sed... cach! cach!... itinere inusitato usi estis. huius regionis peritus non sum!
ceterum in Hispania iam estis! hac via descendentes ad Pompaelonem* pervenietis.
ecce pretium tuum.
*hodie: Pamplona
nil mihi debetis! ex hoc enim tempore in otio cum dignitate vivere constitui. satis superque habeo, quae nepotibus neptibusque meis longis vesperis hibernis narraturus sim!
bene, Pepe! in patria tua sumus. esne contentus?
sum, amice! hoc loco et Romani aliter sapiunt atque alibi! ole!




nox iam appetit. hodie Pompaelonem noniam perveniemus. itaque in ripa illius fluminis considamus.
molliter cubetis!
molliterrr
mane postridie....
nisi statim aquam apportabis, te auriculis prehendam, per Teutatem!
!?!
sss!
expergiscimini!
nescio, quomodo hoc oppidum ad nos venerit.
ecce viatores, quos heri offendimus. iuvat in externis cum popularibus congredi!
cur autem huc venistis cum domibus vestris?
ut aliquando aliquid novi videamus.
nobiscum ientabitis. apros domo apportavimus. dubitandum enim est, num indigenae huius terrae apros rite apparare possint.


iter nobis pergendum est. valete! vobis gratias!
postea...
solis ardor me torret!
exhaustus sum, Asterix!
ex illis duobus quaeram, num iter longum sit ad oppidum.
non ita longum. via recta usi molas vento incitatas a dextra praeterite.
molasne vento incitatas? aggrediamur!
heu, vir! semper idem! exspecta me!
?
ecce Pompaelo!... totus mundus hic convenisse videtur!
diem festum celebrare videntur.
revera dies festus agitur totusque populus magno cum gaudio pompae sollemni interest...




postquam hic cenaverimus, iter pergemus. ne quis Romanum me invito mordeat!
PEREGRINATOR CONTENTUS
Gothice loquimur.
Gallice loquimur
hic locus aptus est.
tandem inter nos versaris, Nonplusultra!
omniane prospere successerunt in Gallia?
omnia quidem! obses noster Babaori in castris diligentissime custoditur. eiusmodi mandata semper certe perficio!
res cum ita sit, respirare desinam!
!?!
age, age! paulum vini medicati accipies. sed noli lamentari, cum nauseam tibi movebit.
attat! punitur, qui cum liberis iter facit.
?
obses! obses noster hic adest!
larvam vidisse videris!
nihil, est... cena Hispaniensis nauseam mihi movet...
ubi hoc loco vehiculum mutuari possum, caupo?
a Rentacarro in tertia via a dextra.


?
icc!
num nos iam relinquis?
i... ita! longum mihi iter est ad Hispalem*, castra mea. valete!
*hodie: Sevilla
Caesar, cum cognoverit obsidem in Hispaniam revertisse, me leonibus obiciet! bestias hac una condicione effugiam, ut puerum clam in Galliam reducam.
hoc vehiculum vobis commendo. copia pabuli onustum est, quod in itinere vix assequi poteris.
RENTACARRUS
icc!
singultas, quod vinum bibisti. retine spiritum!
icc!... at spiritum — icc — retinere nolo!
cedo vehiculum! celerrime!
paulo post...
CLAC!
ioo! optimum hoc anno cum peregrinatoribus negotium gero.
viae vestrae deteriore statu sunt...
sunt, vir probe! sed in melius restituuntur. brevi praestantissimae erunt.
VIAE MUNIUNTUR



postquam plures horas vecti sunt...
nomades sunt, lepidi atque vi comica praediti. saltant cantantque dies noctesque.
bene! considamus apud eos atque ex eis quaeramus, num nos hac nocte hospitaliter excipiant.
salvete, amici! considite ad ignem. diem festum summo cum gaudio agamus!
31 A
eieieieiei, matercula mea; heu me miserum, quem peperisti! quid mihi attulisti? eieieieiei!
CLAP! CLAP! CLAP!
ole!
ole!
ole!
ole!
celebrare pergamus!
CLAP! CLAP! CLAP!
ole!
ole!
CLAPACLAPACLAPACLAP!
ole!
ole! ole!
CLAP! CLAP!
CLAP! CLAPAPAP!
ole!
ole, puer amplissime! ole! fac te contendas!
CLAPACLAP!
at sum contentus!
CLAP!
31 B


nunc dormitum eamus! fatigati sumus longumque iter nobis faciendum erit.
totam noctem cantare atque saltare solemus, sed patimur vos dormire.
CLAP! CLAP!
molliter cubes, puer amplissime!
ole... ssss!
SSSS!
SSS!
paulo post...
aut nunc aut nunquam! obside capto aufugiam!
SSSS!
ULULULUL!
32A
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
?
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
eieieieieieiii... puella mea me non audit! amore moriar!
32B
CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP! CLAP!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!
ole!



mane postridie amici nostri iter pergunt.
deis gratia prudentiores sumus quam illi pueri mirabiles, Idefix, necne?
bau!
CRRR!
SSSSSS!
heuuu!
ole!
CRACC!
eieiei! nobis rota subsidiaria non est!
ecce! carrus appropinquat!
33A
auxilio nobis opus est! nosne tecum ducis ad proximam officinam vehiculis sarciendis?
Galli!
CRRR!
Idefix! nonne Romani tibi sufficiunt? visne quemlibet hominem mordere?
fortasse hic Romanus est. os eius mihi notum videtur!
et mihi notum videtur!
CRRR!
unde venis, amice?
e... ego... per Iov... nusquam inde. nomas sum, nomas hilaris, vir probe.
ole! ole! eieiei! miserrima mea matercula! ole!
CLACLACLACLAC!
tibin' hoc sincerum videtur?
non nimis! sed genua eius ad numeros apte crepant!
33B


ignoscas nobis, quaeso. falsam suspicionem habuimus... tamen te oro, ut aliquem e nobis ad proximam officinam sarciendis vehiculis tecum ducas.
pactumst! istum puerulum mecum ducam!
nullo modo. numquam enim Pepe puerum solum discedere patimur. itaque nos omnes tecum vehemur, si consentis.
magno cum gaudio! ole!
malum!
velim nomina nostra cognoscas. ego Asterix vocor.
Obelix ego!
bau!
ego Paella y Sangria!
e... ego... Sierra de Toros!
34A
paulo post...
ecce officinam, quam quaerimus.
ite, vos duo! Pepe atque ego reditum vestrum exspectabimus.
STATIO PABULARIS
OFFICINA VEHICULIS SARCIENDIS
immo nos omnes una cum Pepe ibimus.
bene! solus igitur ibo!
ssst! illic homines aliqui exspectant, quibus rota opus est. te illis rotam daturum nolo. itaque dic venientibus tibi rotam noniam esse.
!
equidem tibi pretium pro rota solvam.
?
!?
heus, vir probe! hoc fieri non potest! rotam tibi vendere non possum, quia rotae me defecerunt. prius arcessendae sunt, quae est res longi temporis.
34B


difficillimum est rotam apparare... ego in Hispalem vehar. vos mecum ducam, si vultis.
volumus! itaque cum gratia, quod offers, accipimus.
res ad irritum cadet, nisi continget, ut mentem eorum avertens obsidem parvum capiam.
VIA MUNITUR
per longum iter, quod multas res novas praebet, parvus grex noster in Caucam* pervenit, quod oppidum diem festum agit.
*hodie: Coca
...in Segoviam*
*hodie: Segovia
...in Helmanticam*
*hodie: Salamanca
...inque Cordubam* sed Nonplusultrae res parum prospere evenit, quod Asterix, Obelix Idefixque oculos numquam de parvo Pepe deiciunt.
*Cordoba



cras in Hispalem pervenie-mus. hac occasione amissa Pepe patri suo reddetur cursusque meus honorum militarium ad arenam flectetur.
STATE!
?!?
paulum manete, amici nobilissimi! omnes vestras divitias nobis nunc dabitis. Et nos, latrones viarum, participes esse volumus copiae peregrinantium!
incipiamusne?
et ego vobiscum eam!
immo equidem solus ibo!
ite vos duo, cum ego Pepe puerum observem!
heus, viri boni! haud multum temporis nobis est. neque enim otio fruimur!
mane apud Pepe, Obelix! tu autem respira, Pepe! postquam haustum potionis magicae sumpsi, solus ibo!
GLUT! GLUT! GLUT! GLUT!
?
cedo!
accipe!
porro, viri!
TAX!
ole!
ole!
brevi atque impari proelio confecto...
hoc anno peregrinantes optime nutriti sunt.
culina nostra multo melior facta esse videtur.
ecce potio magica, quae vires incredibiles tribuit! haec me ex arena servabit!


cum amici nostri in Hispalem, pulcherrimum Baeticae caput, perveniunt, nox iam appetivit. tamen omnes in viis sunt, quod diem festum agunt.
fortuna vobis favet: duo adhuc cubicula vacant alterum alteri continens.
equidem in cubiculo Idefigis dormiam.
ego quoque!
bene! hac condicione alterum una tecum habitabo.
optime! per Iov... per Ole!
omnes cibo vespertino magno cum gaudio delectantur in hac Baetica caupona...
tandem viae reſtituuntur. fit aliquid.
hic populus ſuperbus eſt animoque elato.
...et qui facile laedatur.
pretia adhuc ferri poſſunt, ſed magis magiſque augentur.
tempora mutantur et pretia mutantur cum illis.
ſed magnos progreſſus faciunt in arte coquendi.
cena hodierna: tomacula ferventia, brassica alba condita, lardum apponuntur cum cervisia.
cubitum eamus... cras diversa itinera faciemus, care Panis y Sarda.
Paella y Sangria!
molliter cubes!
molliter cubes!
nunc potionem magicam surripiam, quae me invictum reddet. hoc modo Pepe puerum comprendere atque in Galliam reducere potero!


reveran' piscem? plane deliras! unde hoc tempore piscem apparem?
quid de potione magica facis?
fac spiritum ducas, Idefix! tua res non agitur!
STA!
VAMM!
quidnam tu, Nonplusultra, agitas veste civili indutus?
amphora! amphora!
num me offendis, veteranum omni laude dignum?
cave illum Gallum! curandum est, ne ampullam auferat!
ehem... prorsus nil intellego! accedite vos omnes ad praefectum urbis!



paulo post in officio praefecti Hispalensis...
quid autem nunc, Nonplusultra? cum obsidem observare debueris, tu veste civili indutus omnia evertis! obsidem in Gallia diligentissime observari suspicor. num erro?
iste cum sodalibus suis obsidem abduxit. velocitate opus est. obses noster cum Gallo quodam crasso in deversorio, cui nomen est ,,Baetica antiqua'', dormit.
te verum dixisse spero. obsidem apportate istumque nequam in vincula conicite!
quae est vis huius laguncula?
in hac laguncula illam potionem magicam inesse credo, o legate, cuius miscendi rationem parva civitas Gallica silentio tegit.
haec potio vires immanes tribuere dicitur!
experiamur!
GLUT!
GLUT!
GLUT!
propius accede, mi Asparage!
Asparagum huius capturae causa ad ampliorem gradum promotum iri pro certo habeo.
CRACC!
?
?
iterum tibi gratias ago, mi Asparage! optime de legione meritus es!
?
gratiaph et tibi, o legate!


a primo die de fide tua dubitabam. qua de causa nusquam oculos a te deiecimus...
tacedum! Obelix atque Pepe comprehendentur, tu autem leonibus obicieris, cum mihi parcent.
CLANG! CLONG!
nil boni habeo, quid tibi referam, Nonplusultra: ille Gallus crassus cum obside deversorium reliquit neque reperiri potest.
probe Obelix!
nobis autem nihil aliud restat nisi vicum obsidis obsidere. stultitiae tuae causa pax Romana in Hispania fracta est.
sed omnia mala aliquid boni habent. dies festi Hispalenses praeclaro spectaculo finiendi sunt. populo, ut contentus sit, pane et circensibus opus est.
panis melior factus est quodque ad circenses attinet, vos praeclarum spectaculum praebebitis. ave!
ne animum demiseris, Romane! dum spiramus, speramus!
sed breve tantum tempus. praeterea tibi nil potionis magicae est!
cum nuntietur et proditorem et hominem proscriptum bestiis obiectum iri, et indigenae et peregrinantes ita mente incitati sunt, ut brevi tesserae emi non possint nisi a cauponibus... immensis pretiis...
quale crudelissimum atque turpissimum spectaculum!
attamen homini occasio dabitur mortem effugiendi. dulce et decorumst a bestiis mori. effeminatum se praebet, qui misereatur. ceterum cantibus, hilaritate, coloribus se quisque delectare potest.
revera hora quinta postmeridiana cantus, hilaritas, colores circum Hispalensem complent.
TARATANTARA!
TARATA!


te maximo gaudio affectum iri credo, carissima Begonia.
hoc spero, legate. adhuc maximus provinciae tuae calor me afficit... stolam deponam meam.
ecce condemnati!
dignum te praebe, Nonplusultra! videant, quanti simus!
quod ad me attinet, omnino fallentur!
immitte leones tuos, Romane!
leones nobis non sunt, Galle!
aspice, quid nobis sit!
urus! urus ferocissimus!
BADABOOM
fac me adiuves, Galle, per Iovem!!!
ure! fac huc venias, ure, per Teutatem!
ole!
ole!
ole!
Ole!
?
ole!


oh! ecce stola mea! mea pulcherrima stola nuperrime empta!
tibi reddam, Romana!
ecce urus! cave urum!
noli stolam tangere, stolida bestia! oblinetur!
oleee!
42A
ista quidem mania est, per Belenum!
oleee!
satis nunc lusisti! subside!
oleee!
accipe stolam tuam, Romana!
quam urbanum! quae cum amicae meae Romae cognoscent...
CAVE!
VADAMM!
CRACC!
42B


immitte alium urum, Romane! iste confectus est.
nullo modo alium mittes! postulo, ut ille vir fortissimus atque urbanus servetur!
servabitur! sorori germanae filiae amitinae Caesari collocatae nihil negabo.
oleee!
et hic vir servandus est.
bene! tamen cum ignominia ab exercitu removebitur.
cursum meum in arena transcurram. Nonplusultra mortuus est, vivat Hispalensis, ille urarius.*
oleeeee!
*neque enim taurarius, ut homines multis post saeculis dicent.
Asterix a gratissimo Nonplusultra certior factus ad vicum Pepe pueri a Romanis obsessum pervenit.
heus, Asterix! venio!
Obelix!
cavete! excurphionem phaciunt!
Asterix! maximis curis vexatus sum!
veni! in vicum revertamur! ab omnibus exspectaris!
cavete! incurphionem faciunt!
ita fit...
bene, legionarii: ratio militariph mutanda epht! caphtriph circa vicum pophitiph eoph cuphtodiemuph colliphionem vitanteph, per Iovem!


heri te vidi, cum deversorium relinqueres. discessi, ut Pepe puero piscem emam. sed postquam ex oculis meis te abstulisti, imprimis Pepe mihi in locum tutum ferendus fuit. deis gratia, qua via in vicum eius venturi essemus, noverat.
ei! quomodo gratiam referam, amici?
aliud cura, princeps Paella y Sangria! sed nunc nobis domum redeundum est.
eos redire nolo!
prosperrime ei prospexistis!...
vale etiam atque etiam, Pepe! certe aliquando redibimus!
te satis magna copia Romanorum delectatum iri promitto, vir probe!
snif!
snif!
post longum atque quietum iter amici nostri in viculum Gallicum revertuntur, ubi more solito maximo cum gaudio excipiuntur. tum primum, revera primum, factum est, ut Cantorix bardus contentus esset...
EIEIEIEIEI!
MATERCULA MEA! HEU ME MISERUM, QUEM PEPERISTI! EIEIEIEIEIEIEI!
date piscem! regnum pro pisce dabo!
CLAP! CLAP! CLAP! CLAP!
CRMPHPHHIHI!
FINIS FABULAE


RAX!
delirant isti Romani !


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

ad unum omnes cognoscas necesse est!



© 1999 LES ÉDITIONS ALBERT RENÉ / GOSCINNY-UDERZO



Überall wo es Bücher gibt!

ISBN 3-7704-0067-4

mmid 1250090221
L1BC06
3851251276586
Asterix lateinische Ausga